



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

189. Parabola trigesima, De invitatis ad nuptias filij à Rege.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

factum est istud : & est mirabile in oculis nostris? *Matth. 21. v. 42. Marc. 12. v. 10. 11. Luc. 20. v. 17.*

II. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. *Matth. 21. v. 43.* Omnis, qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur : super quem autem ceciderit, comminuet illum. *Luc. 20. v. 18. Matth. 21. v. 44.*

III. Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisei parabolas ejus, cognoverunt, quòd de ipsis diceret. *Matth. 21. v. 45.* Et quærebant eum tenere : & timuerunt turbam. *Marc. 12. v. 12.* Quærebant principes sacerdotum, & Scribæ, mittere in illum manus illà horâ : & timuerunt populum : *Luc. 20. v. 19.* quoniam sicut prophetam eum habebant. *Matth. 21. v. 46.* Et relicto eo abierunt. *Marc. 12. v. 12.*

MEDITATIO CLXXXIX.

Parabola XXX. De invitatis ad nuptias filij à Rege.

I. **S**imile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire. *Matth. 22. vers. 2. & 3.*

II. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi: tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam: alius verò ad negotiationem suam. Reliqui verò tenuerunt servos ejus, & contumelijs affectos occiderunt. *Matth. 22. Vers. 4. 5. 6.*

III. Rex autem cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit. *Matth. 22. Vers. 7.*

MEDITATIO CXC.

*Invitantur obvii quique ad nuptias:
discumbens sine veste nuptiali,
ejicitur.*

I. **T**unc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. *Matth. 22. Vers. 8. & 9.*

II. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. *Matth. 22. Vers. 10.*

III. Intravit autem rex, ut videret discum-